

309 basis marmorea alta m. circiter 0,80. Romae in suburbano Paccae. — *In Thimo Trochlearum*

homo in lectulo stratus, adsidet mulier

DIS · MANIBVS  
L · CALPVRNIVS · CHIVS · SEVIR · AVG  
ET · QVINQVENNALIS  
IDEM QVINQ · CORPORIS MENSOR  
5 FRUMENTARIOR · OSTIENS · ET · CVRAT  
BIS  
IDEM · CODICAR · CVRAT · OSTIS · ET · III · HONOR  
IDEM · QVINQVENNAL · COLLEGI · SILVANI  
patera AVG · MAIORIS · QVOD EST · HILARIONIS urceus  
10 FVNCTVS · SACOMARI · IDEM · MAGISTRO · AD MARTE  
FICANVM · AVG · IDEM · IN · COLLEGIO · DENDROFOR ·  
FECIT · SIBI · ET ·  
CORNELIAE · AMPLIATAE · CONIVGI · SVAE  
CARISSIMAE · CVM · QVA · VIXIT · ANNIS · XXXI  
15 CALPVRNIAE · L · LIB · PTHENGIDI · LIBER · TAE sic  
CARISSIMAE · L · CALPVRNIO · FORTI · VERN · LIB ·  
L · CALPVRNIO · FELICI · LIB · L · CALPVRNIO · ADAVCTO · VERN · LIB ·  
CALPVRNIAE · L · F · CHIAE · VERN · CALPVRNIAE · L · F ·  
AMPLIATAE · VERN · L · CALPVRNIO · L · F · FELICI · VERN ·  
20 L · CALPVRNIO · L · F · PAL · CHIO · FELICISSIMO  
LIBERTIS · LIBERTAB · POSTERISQ · EORVM · B · M

Recognovi descriptam a C. L. Viscontio. Edidit Henzen, qui vidit, ann. inst. arch. 1851 p. 154 (cf. *bull. dell' Inst.* 1846 p. 103) cum commentario, syll. n. 7194.

V. 6 fortasse postea additus est. — 10 IVNCTVS priores, non recte. — *Functus sacomari* Mommsenus accipi iubet pro *functionis sacomariae*, idque referri ad collegium Silvani. Cf. supra n. 51. — 10. 11 Martem Ficanum ad Ficanam oppidum Priscorum Latinorum deletum ab Anco Marcio rettulit Borghesi apud Henzenum *bull.* 1846 p. 104 coniectura mihi non probata. — 18. 19 Calpurnios et Calpurnias Luci filios filias eisdemque vernas filios fuisse libertorum ante manumissionem natos putat Henzen, rectius Mommsen ap. eund. filios libertorum natos in aedibus patroni.

310 tabula marmorea. Fuit antea Montpellier, nunc est Lugduni in museo. — Monspelii in aedibus privatis domini de Cussac regii in subsidiorum curia senatoris PEIR. Praeses I. Mausac Monspelii ex aedium suarum parietinis eruit GAR. Lugdunum venit una cum reliquis monumentis quae collegerat Artaud; hic unde habuerit in catalogo quam confecerat ita enuntiat teste Comarmondio: *je l'ai acquise au moyen d'un échange fait avec M. Mascary, à Montpellier.* — Originem Italicam prae se ferre videbatur Hirschfeldio, cum autem urbana esse non possit propter Augustalitem memoratam v. 2, cogitavi de origine Ostiensi; qua in re me confirmavit non solum quod nomen Caltiorum non raro invenitur in inscriptionibus Ostiensibus, sed etiam quod *Caltilius Hilarus* fortasse is ipse qui posuit titulum nunc Lugdunensem memoratur n. 311.

L · CALTILIVS · D · L · HILARVS \*  
AVGVSTALIS  
CALTILIA · L · L · FELICVLA  
SIBI ET  
5 L · CALTILIVS · L · L · STEPHANVS  
ET SVIS  
LIBERTIS · LIBERTABVS POSTERI sic  
EORVM ☺ OMNIBVS  
IN FR · P · XX · IN · AG P XXV

Recognovit Otto Hirschfeld. Peirescius cod. Paris. 8958 f. 119; Gariel series praesulum Magalonensium et Monspelienium (Tolosae) ed. 1 (1652) p. 9 = ed. 2 (1675) p. 24, *idée de la ville de Montpellier* (1665) p. 202; Boissieu *inscriptions antiques de Lyon* p. 216 n. XL; Comarmond *musée*

*lapidaire de Lyon* p. 314 n. 505; Monfalcon *historica monumenta Lugduni* (1855) p. 99 n. 426. In parta aversa cerni anaglypha ad Christianam religionem spectantia refert Gariel.

311 fragmenta duo eiusdem tabulae marmoreae. Rep. Ostiae, nunc Romae in museo Lateranensi.

a sub protome viri b sub protome viri  
i (CALTILIO · HILARO) L · CALTILIO · CELERIS · FRATIS

Recognovi. Vercellone *dissertationi accademiche di vario argomento* p. 342/3; P. H. Visconti *inscr. Ost.* V n. 23. 24; C. L. Visconti ms. descripsit mense Apr. 1857; Benndorf et Schöne in *catalog. mus. Later.* p. 377 n. 535. 567. Posui hoc loco quod Caltilius Hilarus idem esse videtur cuius est n. 310.

312 Ostiae in museo.

PTIÓNY  
P · CANINI · A  
FVNERE · PVBLICO  
Ti · IVLIVS · DEMETRIUS

Descripsi.

313 Ostiae.

D m  
CARMINIVS VS  
se VIR · AVG · ITEM quinquennial SIBI  
O · CVM · CONCE VRD

C. L. Visconti ms. descripsit mense Sept. 1855.  
3 in. LVIR Visc.

8\*